

Ye  
3654

V, 2.

*Vitebergensia academica miscellanea.*



11

IN NOMINE PRIMI FRIDERICI AUGUSTI VERE PARADISIACI,  
SEMINIS MULIERIS,  
TOTIUS GENERIS HUMANI MEDIATORIS, ATQVE REDEMTO-  
RIS, POSTLAPSUM PROTOPLASTORUM, SEU SUMMI JUBILÆO-  
RUM CHRISTIANORUM AUTORIS ET AUCTORIS, CON-  
SERVATORIS ET GUBERNATORIS,  
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AUGUSTO,**  
Principe Regio, & Electoratus Saxonici hærede,  
Duce Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ  
& Westphaliæ, &c. &c. &c.  
Academie Wittebergenensis RECTORE MAGNIFICEN-  
TISSIMO,

Sub PRO-RECTORATU MAGNIFICO  
**DN. JOHANNIS CHRISTOPHORI WICH-**  
MANSHAUSEN,

Lingvæ Sanctæ & reliqv. Orient. P.P. Ordinarii,  
In anno seculari vel Jubilæo Secundo totius Universi-  
tatis, Prima & fundamentalia Christianarum Ecclesiarum & Acade-  
miarum Jubilæa, cum omnibus & singulis bonis atqve thesauris, per  
virtutem Spiritus & verbi promissionis efficaciam, ex abundantis-  
simis Paradisi fontibus & fluminibus profert, obfert,  
ad fert, & confert

Theologicæ Facultatis DECANUS,  
**JOHANNES Deutschmann / D. & Prof.**  
Primarius, suæ Facult. & totius Academ. Senior,  
Templi O.O.Sancti Præpositus, & Alumn.Elect.Ephorus,  
ad d. XIX. Octobr. Anni clo I CCII.  
per Dei gratiam

Doctoralem in Theologia Festivitatem  
in hoc Templo celebrandam solenniter intimat,  
&

Illustrissimos DNN. LEGATOS,  
ac omnium Ordinum tam Peregrinos, quam Academicos Hospites  
atqve Spectatores, ea, qva decet, humilitate, & humanitate  
præsentibus invitati.

ac ex Veterum more consverto hoc publico Programmate præsenti die Solis,  
qvi XV. hujus mensis est, officiosè significat.  
NIL EGO SUM, NOVI, VOLO, POSSUM, NIL HABEO QVE;  
OMNIA TU, JESU, SOLUS UT ESSE QVEAS!  
OMNIA, TU FRIDRICH, SOLUS UT ESSE VELIS!  
OMNIA UT AUGUSTUS SEMPER ET ESSE VELIS!

IN NOMINE FRIDERICI AUGUSTI PARADISIACI, ET OMNI  
NE AUSPICATISSIMO FRIDERICI AUGUSTI SAXONICI, RECTOR  
IS NOSTRI MAGNIFICENTISSIMI, JUBILÆAM FORTUNAM ET  
LÆTITIAM, VICTORIAM, ET EYAOIAN ACADEMIÆ WITTE  
BERGENSI, TOTIQUE CHRISTIANORUM ECCLESIAE, CUN  
CTISQUE BONIS EX INTIMIS P.

Ö! Ö!  
Ö!



Ommune Jubilorum signum, atque sym  
bolum est, proprius, & nativus Jubilantium tonus, atque  
sonus, ut, & jucundissimus jubilorum cursus, & cantus  
continuus, atque perpetuus Jubilæorum actus, fructus, &  
effectus. Dum igitur per gratiosissimam DEI providen  
tiā ducū Sancti Spiritus annum secularem, vereque Ju  
bilium Secundum hujus Academiae in Domino Felicitate solenni  
celebramus, ipsamque Jubilai Septimanam pia devotione post varias  
preparations DÉO nostro sanctificamus, & ad ipsum Diem Ju  
bileum religiosè properamus, non absque causa IO præsens in glo  
riam Sacro S. Trinitatis trina vice solenniter intonamus, simulque  
hac fausta Jubilantium acclamatione, in Nomine Domini hoc Ext  
ultantium symbolo cordis, spiritusque nostri singularem, vereque  
spiritualem, loco prefationis, letitiam intimamus, & omnes Præsen  
tes, ac Absentes, ut & cunctos Universitatī nostra Wittenbergensi  
bene cupientes, ad similem acclamationem, atque congratulationem  
modis, quibus possumus, omnibus, his publicis literis invitamus.  
Jubilus hic IO nominis Jovæ vel initium, vel indicium esse depre  
henditur, aut vel maximam cum hoc augusto nomine cognatio  
nem habet, sicut ex ipsis literis appetat, vel penitus primos ei na  
tales debet. Hoc autem IO Trinum inaugurale maxime dicitur hic  
emphaticum. IO Primum designat JOVAM Patrem, Deum Cre  
atorem, Patrem omnium misericordiarum, cum omnibus inenarrabili  
bus suis thesauris ac inestimabilibus, qui dicitur ὁ πατήρ τῶν οἰ  
κισμῶν 2. ad Corinth. I. 3. Nam hic Pater omnium misericordiarum,  
nostris Protoplasis omni miseria tūm culpe, tūm pene, mi  
serimē deformatus & cumulatis contra miseras corporales, spiritua  
les,

tes, & infernales, omnes misericordias eternas, internas, & externas  
obtulit, ut ex intimis in gloriam DEI Patris IO plene laetitia resonare  
potuerint. Medium IO respicit. JOVAM Filium Aogev, Vocem  
Patris ac Evangelicae voluntatis Interpretem. Job. I, 6. Job. XXXIII, 20.  
omnium Evangelicarum divitiarum primum condum maximum  
& optimum, cui debetur omnis laus, & benedictio, cum sit semen  
benedictum mulieris, in quo benedictae sunt omnes gentes, omnes co-  
gnationes, & familie terre, Gen. XII, 3. &c. XIX, 18. &c. Additur  
tertium! O propter Spiritum Sanctum, qui Spiritus S. est domini nra  
Spiritus dei, vel lucis, & illuminationis, & omnes peperit primorum  
hominum, & peccatorum cordibus spirituales delitos, & la-  
etitas, cui debetur omnis honor, & gratiarum actio! Huius Iehova  
Elobim, unitrino DEO, juxta divinissima textus Paradisiaci verba  
tribuitur triplex DEI regnum, Jubilatum Regni Potentiae, quando  
propter omnia mundi bona postliminio restituta, dum miferi pec-  
catores de figura, tanquam exules, bonis omnibus carentes e ten-  
bris obscuris revocati; Jubilatum Regni Gratiae ex arcans abstrusissi-  
ma sapientia cum omnibus gratia bonis, atque donis, in semina  
mulieris Spiritus tripudio celebrare potuerunt; Jubilatum Regni  
Glorie, dum ex bonis Regni Gratiae certissimus, & felicissimus per  
Semen mulieris, ejusque salutare promissum, & salvificum Evangelii  
verbum atque fidei justificantis medium, tanquam efficacissimum  
organum, (cum Evangelium Dei potentia ad salutem omni creden-  
ti, Rom. I, 16.) Ad glorie regnum exoptatissimus fit transitus. Qvae  
vita post mortem vita sine morte, Vita DEI, vita Messiae, sicut ipse  
dicit Psal. CXIX, 17. Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.  
Hac & alia de FRIDERICO AUGUSTO primo, vereque  
divino Universitatis Paradisiaca RECTORE, tum Eminentissimo,  
tum MAGNIFICENTISSIMO, pluribus in publico Festi Mi-  
chaelis Programmate lute exposita. Nunc ad mera Jubila, vel  
Jubilaea, cum juxta salutare Spiritus Sancti monitum, quod religiosè  
tempori serviendum sit, veluti ad solennia Universitatis Jubila,  
juxta textum ducimur, & ad mera Paradisiaca Festivitatis Iuba-  
lia, piis meditationibus convertimur. Ipse DEUS noster Jubilus  
est, & innumerabiles ab eo progrediuntur Jubilationes. DEUS Pater  
in creaturis, & ipsa creatione Iubileorum est auctor, atque stator,  
sicut Angeli tanquam sapientissimi Creationis, & Creaturarum ad-  
miratores, tanquam diligentissimi harum contemplatores, tan-  
quam studiosissimi rerum conditarum observatores, earumque  
penitissimi speculatores, & indagatores, tanquam glorioissimi cun-  
ctorum creationis operum celebratores, & commendatores, apud  
Jobum Cap. XXXIX, v. 7. per ipsum Deum introducuntur, quo  
pertinet illud Seraphicum Trisagium & Iubilantium spirituum cœ-  
lestium cantum in Antiphona vulgarissima, sed laudatissima:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Zebaoth, plena est terra gloria

ejus, *Esa. VI, 3.* Quælibet creatura vera *Iubilea* sanctis Angelis ob-  
tulit. Totus igitur mundus *Iubileis Angelicis* fuit plenus. Conf.  
*Psal. CIII, v. 20. & seqq. Ps. CXLIX, v. 1. seqq.* DEUS Filius, noster  
FRIDERICUS AUGUSTUS, peccatoribus relipiscientibus *Jubi-*  
*leorum est mediator, & auctor, omnium *Iubileorum* post miseri-  
mum lapsum in recuperata pace cum DEO, sanctis Angelis, ac uni-  
versis, & singulis creaturis, primus *Jubileorum* gratie fundator,  
potentissimus defensor, maximus, & indulgentissimus locupletor,  
& optimus conservator. Primus in his FRIDERICUS! Primus  
in his AUGUSTUS! DEUS Spiritus Sanctus, summus *Iubileorum*  
sacrorum *testis*, dum hac *Iubilea* nobis in Verbo tanquam infalli-  
bili *veritatis*, & *pacis* *testimonio*, perpicue manifestavit, effic-  
acissima virtute divina talia communicavit, mentibus, cordibus &  
linguis artibus admirandis adproprieat, & ad continua *Iubilea*  
potenter ipsos *Protoplastos*, & in iis fideles omnes excitavit. DEUS  
noster plenissimus est *Iubileorum* thesaurus, perfectissimus omnium  
lubilorum Circulus; ipse DEUS noster est *Lubilus*, omnia, quæ  
sunt in DEO, mera nobis pariunt *gaudia*, mera *Iubila*. Omnia  
DEI verba, cuncta DEI facta, vel opera mera vebunt, mera ferunt,  
offerunt, & adferunt nobis *Iubila*. Imprimis autem ipse Pa-  
radisus plura nobis *Jubila*, quæ verba luculenter ostendit, quò  
nostris vertimus oculos, quò mentes nostras convertimus, quò co-  
gitationes, & omnes internas vel inclinationes, vel motiones dirigi-  
mus, vera DEI Magnalia, mera DEI *Iubilea* certissimis & clarissi-  
mis indiciis ad sanctissimas animarum nostrarum delicias offendimus.  
Singula vel notare, vel enarrare non est humanae facultatis;  
Singula pariter observare non est finitæ sagacitatis: Transcedit  
numerus *Paradisiacorum Iubileorum* humanum computum. Superat  
estimatum eorum humanum ingenium, & censem. Hic mirari, non  
rimari sapientia vera. Nos in solennitate nostra *Iubilea* in glori-  
am FRIDERICI AUGUSTI PARADISIACI, & laudissimam  
memoriam FRIDERICI AUGUSTI SAXONICI, RECTORIS  
nostrí MAGNIFICENTISSIMI, sacrum septenarium, & quidem  
septenarium *Paradisiacorum Iubileorum* ex Gen. III, 8. circa gratio-  
fissimum mirabilissime restauratiois mysterium, breviter producemus,  
& paucissima juxta textum, secundum mensuram gratiæ spi-  
ritualis, exponemus. I. Gratiolum effentie divinae *Iubileum*. II.  
Gratiolum divinae subsistentie *Iubileum*. III. Gratiolum Paternæ  
providentie *Iubileum*. IV. Gratiolum Proprietate vel Evangelice  
eloquentie *Iubileum*. V. Gratiolum divinae vel spirituallæ illumi-  
nationis vel evidentiæ *Iubileum*. VI. Gratiolum divinae militie &  
victoria *Iubileum*. VII. Gratiolissimum cœlestis vita vel immor-  
talitatis *Iubileum*. Hæc omnino talia sunt magnalia, vel tanta-  
restitutæ felicitatis *Iubilea*, ut per debitum Scripturarum Spiritu  
Sancto scrutinium, juxta *Paradisiacum* cumque copiosissimum veri-  
tatis*

tatis celestis thesaurum de singulis non modo Programmatæ & disputationes, sed integros libros & vastos commentarios, secundum inexhaustas Verborum divitias, & locupletissimas Scripturæ exegesiæ & épistolicæ conscribere possemus; sed modo propter Festi Jubilei solennitatem, & consuetam Programmatum brevitatem, non singula, juxta rerum & mysteriorum magnitudinem, multitudinem, & plenitudinem, sed cuncta per brevissima verborum compendia perleqvemur.

PRIMUM SEPTENARIJ PARADISIACI DE RESTAURATIONE HUMANI GENERIS JUBILÆUM EST ESSENTIAE DIVINÆ JUBILÆUM.

PRIMUM Jubileum, juxta vers. 8. est essentia divina Jubileum, in magno Nominе Jehova. Nam non deducitur à nō, quod significat *Essē*, *Essē* verum, *Essē* merum, *Essē* purum, *Essē* simplicissimum, *Essē* eminentissimum, *Essē* perfectissimum, &c. sine omni adjectione, sine omni missione, sine omni invescione, dum nullum in DЕum cadit, vel cadere potest accidens. *Jehova* totus dicitur *essē*, nec aliud quid præter *essē* continet, atque possideret, & *essē* totum eminenter in DЕO resedit. Nam omnia, quæ verum *essē* præ se ferunt, sunt in DЕO, sicut omnia sunt à DЕO, omnia sunt per DЕUM, & secundum DЕI voluntatem sunt, & realiter existunt, dum omnia sunt, vivunt, & mōventur in DЕO, AET. XVII. v. 27. Totus mundus est perfectissimus omnium entium, & Creaturarum Circulus, pulcherrimum divinorum operum theatrum, in quo cuncta, quæ creata sunt, elegantissimo quodam ordine, per uniuersum Systema conspicuntur. Quia DEUS elegantissime & sapientissime admirabili quodam artificio in tota rerum universitate cuncta dispositus. Vedit enim, juxta Creationis historiam, omnia Deus creata, quæ fecerat, & ecce valde erant bona, Gen. I, v. 31. & non tantum facta, sed etiam mirifica & magnifica sunt hæc opera, sicut David Psal. CIV. inquit: Quam magnifica sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. B. Lutherus: O Err! wie sind deine Werke so groß und viel / du hast sie alle weislich geordnet / und die Erde ist voll deiner Güter. B. Megalander solitus est dicere, quod omnia entia dupliciter considerari queant, & debeant, vel absolute, vel relate; absolute ratione sui, quatenus in se sunt entia, juxta propriam suam essentiam, juxta suas essentiales proprietates, & secundum suas essentiales operationes, & prout sunt in DЕO, tanquam opera DЕI, & limpidissima creatoris sui specula, dum specula sunt admiranda divinæ potentie, divinæ sapientie, divinæque bonitatis, & beneficentie. Quo reipicit Apostolus Paulus, Rom. I, v. 20. Invisibilia ipsius à Creatura mundi, per ea, quæ facta sunt intellecta conspicuntur. Semperita ejus quoque

*divinitas & virtus.* Et hoc est, quod antea monitum, omnia  
nimis à DEO, & in DEO esse, vel existere. Planissimum, & pleni-  
nissimum ejus rei documentum exhibuit *Adamo* totus mundus  
primum, qui res omnes obulit eidem, qvoad esse proprium, tum  
unaquælibet creatura suam *essentiam*, sua *propria*, iuas etiam *en-  
ergias* pra se cerebat, & qvoad relatam *existentiam* ad Deum Cre-  
atorem se cerebat, tum singulas creaturas in *Jehova*, qvoad divi-  
nam conservationem, per imaginem Dei conspiciebat, & sumam  
Dei potentiam, admirandam ejus *sapientiam*, & ineffabilem ejus  
*bonitatem* in omnibus & singulis, tanquam sapientissimus contem-  
plator, hoc *esse* DEI relativum in Creaturis, juxta *Paulum* citato lo-  
co, qvad tantus conspicitur, & innumerabilia nobis obseruitur,  
cum omnia propter nos homines, & nostrum indesinensimum  
usum à DEO, ad DEI gloriā, & nostrum *Iubilium* condita. Deus  
enim *autem* *résumo* est, sibi sufficientissimus, rei nullius indigus,  
à se vel in se semper, & ab omni aeternitate *perfectè* *beatus*, sed o-  
mnis beatitudo hominis in DEO, DEIque *creaturis* conspicua.  
DEO siquidem fruatur & bonus *Creaturarum*, secundum divinam  
indulgentiam & bonitatem indesinenter utitur, cum totus *macro-  
cosmus*, & omne *creaturarum* *genus*, cum *thesauris* suis innume-  
rabilibus ad *Microcosmum*, vel hominem, ejusque *perfectionem*, &  
beatitudinem referatur. Hoc autem *esse* DEI ne quidem mini-  
mum est, qvod in *Jehova* vel eminentissima DEI essentia reperi-  
tur. *Jehova* Nomen *mysteriorum* *mysteriorum* est, verum *esse* *sola-  
rium*, verum *esse* *primarium*, & quidem *nat' ē* *Exor* sine *secunda-  
rio*, sine, qvoad itatum infinitatis, subordinatio, supremum sine *essen-  
di* intermedio, unicum sine socio, *primum* absqve *secundo*, *princi-  
pale* absqve *minus* in essendo *principalē*. Nec mens *Angelica*, nec  
*intelligentia humana*, quicquam de tanta capit *eminentia*. *Jehova*  
creditur *ens entium*, ut *autē* *ζειος*, ita pariter *autē* *ος* est  
אֵל יְהוָה, ab initio מִן in termino, ubique & semper אֵל יְהוָה,  
in præterito, מִן in presenti temporis punto, מִן in futuro. Exod.  
III. v. 14. & in omnem aeternitatem. Nam *immutabilis* sic אֵל יְהוָה, qui  
nec ab omni aeternitate *mutari* poterit, nec hodie *mutationem* ad-  
mitit, nec in omnem aeternitatem *mutari* poterit, dum ipse de se  
testatur: *Ego Jehova*, & non mutor, Mal. III. 6. Et clarius apud Esai.  
XLII. 8. *Ego Jehova*, & hoc est nomen meum; nomen non tantum  
*significativum*, neque tantum *indicativum*, immo suo modo certis-  
que respectibus *expressivum*, sed verè *proprium*, & qvoad origina-  
tionem, & collationem nativum *essentialē* & *quidditatīvum*, aequo  
sic ὁ ἦν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἔχομενος lensu genuino solus dicitur. Apoc.  
I. v. 4. Magnalia cernimus in nomine *Jehova*, qvoad (vocum)  
*intelligentiam incomprehensibilia*, qvoad *eloquentiam* penitus *in-  
effabilia*, simpliciter credere talia decet, quia simpliciter talia divi-

næ veritatis verbum docet. *Jehova* nonnullis *Essentialior* est, à  
quo solum manat *Essē*, verum pendet *Essē*, totum viget *Essē*, omne  
durat *Essē*. In hoc *Essē* *Jehova* sibi gratulatur *omnis essentia*, glo-  
riatur in eodem *omnis existentia*, *Exultat*, & *Jubilat* *omnis crea-  
tura*. Et hic *Jehova* fons, & scaturigo *Jubilationum omnium in-  
tremendo mysterio nostra restauracionis*. Gen. III. v. 8.

SECUNDUM PARADISIACI SEPTENARIJ DE RESTAURA-  
TIONE GENERIS HUMANI EST DIVINÆ SUBSISTEN-  
TIAE JUBILÆUM.

SECUNDUM hoc *Jubileum*, in reparacione nostra est *divine*  
*subsistentie Jubileum*, quod in *augusto Elohim* titulo producitur, dum  
*Jehova Elohim* convenienter adducitur. Hic *titulus Augustum* no-  
men est. Hoc DEI nomen verè dicitur, & est AUGUSTUM, dum  
voci *Jehova* nomen aliud *nomen novum* convenienter adjungit, ac  
*essentiali nomini personale* quasi cognomen subjungit. Nomen au-  
tem *novum* tantum addit, *novumque factum* distinctius exprimit,  
*novum autem objectum*, vel *rem novam* non conjungit. Hec e-  
nīm est *catholicā fides*, ut *unum Deus in trinitate*, & *trinitatem*  
*in unitate veneremur*, juxta Theologiam nostram *Symbolicam in*  
*Athanasi. Symb.* Quia tres sunt, qui testantur in *cælo*, *Pater*, *Verbum*,  
& *Spiritus*, & *bi* tres *simpliciter* *quoad esse unum*, *unum sunt*, *vel unus*,  
*Deus*, i. Joh. V. 7. quod etiam *commune tradic* fidei *Symbolum ve-*  
*teris Israelicæ Ecclesie*. Audi, *Israel*, *Jehova Deus noster* (וָיְהִי)  
*Jehova* tantum *unus est*, Deut. VI. 4. Hoc autem *Jubileum* no-  
men *varie*, juxta Moysen in *historia Creationis*, *textualis est positionis*,  
*varie relationis*, & *varie ordinationis*. Primum *totalis positionis* est, Gen. I. 1. In *Principio creavit Elohim cælum & terram*, ni-  
mirum *Elohim Pater*, qui dicitur & est *Prima persona Sacrosanctæ Trinitatis*, & *vere creator* infat Patis, cui *passio* in *Scriptura Veteris*, & *Novi Testamenti Creationis* opus peculiariter adscribitur, mox subintelligitur *Filius Elohim*, qui pariter juxta divinam verbi *revelationem*, cum *Patre* totius *Universitatis est Creator*, dum *verbo Domini Cœli firmati sunt*, & *cum iis omnis exercitus Creaturæ* *rum*, Psal. XXXIII. v. 6. Siqvidem hoc est illud *Verbum Patris*, de quo *Johannes Evangelista* dicit, Joh. I. v. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, (*Patrem*), & Deus erat verbum, *bac erat in principio apud Deum*, *omnia per ipsum facta sunt*, & (NB) sine ipso factum est nihil, quod factum est; *tum in ipso constata sunt universa*, que sunt in *cælis*, & in *terrâ*, *visibilia*, & *invisibilia*, *throni*, *dominationes*, *principatus*, & *potestates*, *qui* *mōra cū cōrō* *orū* *et cōq̄us* *in eo cuncta consistunt*, *tum in ipso suam conservationem consequntur*, Coloss. I. v. 16. *tum omnia*, *tanguam conservator*, *portat verbo virtutis sue*, Hebr. I. 3. Dicitur etiam hoc *Jubileum* *nomen varie personaliæ revelationis*, & *distinctionis*, dum ordi-

ordine notantur in hoc Jubileō tres Elohim, ut Duo sint spirantes, Pater, qui à se spirat, & filius, dum à Patre spirare deprehenditur. & ab his Duobus Elohim spirantibus tertius Elohim progrediatur, qui Patri & Filii Spiritus, secundum Oracula Veteris & Novi Testamenti nuncupatur. Tandem hoc Jubileum nomen est certa numerationis, & ordinationis, dum primus, secundus, & tertius à se invicem accurate distingvuntur, ordine iusto certoque semper introducuntur, ut Elohim dicens, ceu Pater primo, sed Elohim faciens, sive verbum medio, videns Elohim tertio loco nominetur, & collocetur. Qui conveniens singulorum Elohim & trium personarum locus & ordo dicitur, magna certe sunt in hoc profundissimo Jubileo, sanctissimoque SS. Trinitatis mysterio divitiae delitiarum, & delitiae divitiarum, ut cum Apostolo exclaimare hic necessum habeamus: O altitudo divitiarum sapientie, & scientie DEI, quam incomprehensibilia sunt judicia, vel arcana ejus, & inperveстиgabiles via ejus! Quis cognovit sensum DOMINI! Pater Elohim misericordissima sua gratia firmissimis decretis humani generis restorationem clementissime constituit. Filius Elohim incarnationis, & satisfactionis mysteriis gratosissimam restitutionem peccatorum sua sponte suscepit & expedivit. Spiritus Elohim exoptatissima, & efficacissima per verbum applicatione restauracionis opus in Protoplastris, & fidelibus ipsorum posteris perfecit, ut gratiolæ rettificationis lubila cantare, & in Sacrosanctæ Triadis nomine Lubilæa celebrare solenniter posimus.

#### TERTII SEPTENARI PARADISIACI DE RESTAURATIONE GENERIS HUMANI JUBILÆUM EST GRATIOSUM PATERNAE PROVIDENTIAE JUBILÆUM.

TERTII Gratiæ restauracionis Jubileum est paterna providentia Jubileum, quod ordine convenienter ad Patrem providum peculiariter respicit. Nam Pater bortum Paradisi plantaverat. Gen. II, 8, quod alias commune Patri familiæ officium dicitur. Idem Pater dum borti pulcherrimi, tanquam amoenissimi domicili sedem, homini demandaverat, tanquam peculum liberaliter donaverat, imo non tantum in domicilium & habitationem commodam, atque sedem ornatisimam concesserat, sed etiam omnium arborum, & aliorum vegetabilium excepta tantum arbore scientie boni & mali, ad eum & usum indulgentissima ratione comiserat, ut in obseqvium & cultum Domini supremi hoc voluptatis horto, juxta Patri familiæ nutum atque voluntatem eteretur, & fructibus ejus debito modo frueretur. Feudum & donum erat Creatoris Patri Paradisus, & Dominus Feudi sibi reservaverat Jus proprietatis inspectionis, visitationis, legislationis, & meliorationis, correctionis, defensionis, &c. Postquam igitur suam, tempore serpentina seductionis, & humana transgressionis,

præ-

præsentiam aliquantis per disimulat, & libertatem, Protoplasis  
concretam, respectu primæ legis in congresu cum serpente  
probasset, & misericordiam seducti corrupti que hominis omnigenam ob-  
servasset, viscera cuncta commiserationis misericordia: m: Patris cœ-  
lestis commota sunt, ut maturius ex consilio sapientissimi mediato-  
ris, & merito promptissimo, & sufficientissimo Redemptoris filii,  
prius rigorosum examen institueret, seductori malevolo penam  
maledictionis inferret, miseros autem mortales seductos per feriam  
penitentiam, & fidem in Messiam postliminio reciperet, atque pœ-  
nitentibus gratiam Indulgentiarum obserret. *Annum Jubileum re-  
missionis Peccatorum, & omnium debitorum aperiret, à servitute, &  
tyrannie serpentis infernalis debitos manumitteret, ac in pristi-  
nam filiationis libertatem adserret, ac tam male facta relinde-  
ret, chirographa legis defrueret, atque sic plenissimam filiorum  
DEI libertatem ad jus filiationis in Messia sponsore, & satisfactore,  
resigneret. Hanc misericordiam hominis peccatoris, & misericordiam  
Patris commiseratoris, atque panaciam DEI Salvatoris Ecclesia ver-  
bis emphaticis notauque dignissimis, spiritualibus filii exponit,  
de miseria peccatoris inquietis: *Vom Teufel ich gesangen lag/  
im Tod war ich verloren/ meine Sünden mich quälten  
Nacht und Tag/darinnen ich war gebohren/ ich fiel auch  
immer tiefer drein/ es war kein gutes am Leben mein/ die  
Sünd hat mich besessen. Meine gute Werck die golten nichts/  
es war mit ihnen verdorben/ der frey Will hafte Gottes  
Gericht/ er war zum guten erstorben: Die Angst mich zu  
verzweifeln treib/dass nichts denn sterben bey mir bleib/zur  
Hölle must ich sinken.* De misericordia Patris mox subjiciens:  
*Da jammerts Gott in Ewigkeit mein Elend über die massen/  
er dacht an seine Barmherzigkeit/er wolt mir helfen lassen/  
Er wand zu mir sein Bater-Hertz/es war bei ihm fürwahr  
sein Scherg/er ließ sein bestes kosten.* Tandem liberationis au-  
xilium, & Redemptionis subfundum in Semine Mulieris adjiciens:  
*Er sprach zu seinem lieben Sohn/ die Zeit ist hie zu erbar-  
men/fahr hin meines Hergens werthe Kron/und sey das Heil  
der Armen/ und hilf ihnen aus der Sünden Röth/ erwürg  
für sie den bittern Tod/ und lass sie mit dir leben.* O qvanta  
patent in his paternæ salutaris que providentia magnalia! O qvan-  
ta latent in his ineffabilia, vel etiam incomprehensibilia mysteria!  
O qvanta pariter ex his scatent, & manant cordis anxie pœnitentis  
*Jubila!* qva pœnitentibus continua, perpetua que per gratia Spiritum, exhibent Jubila. Pater Iehova deambulat in borto. Hor-  
tus est Ecclesia, Deambulatio misericordissimi Patris fit ad pœnitentes Ecclesiæ cives. Deambulationis actus est pœnitentialis & spiritu-  
alis ad peccatores resipiscentes adcessus. Scopus denique est pœnitentiale*

tiale Jubilæum, veræque salutis ad plenissimam Jubilationem trophæum, annus propitiationis, tempus liberationis, atque humanae restitutionis. Quæ cum aliis anni Jubilæi privilegiis omnibus, & singulis peccatoribus resipicentibus ritè conveniunt. Jubilarunt in his per sancti Spiritus motum, & impulsum Protoplatti. Jubilarunt in iisdem omnes Prophetæ, Patriarchæ, fidelesque veteres, & Apostoli cum Christianis novi Testamenti, simulque Nos hodie cum primis in hac solenni festivitate de misericordissima gratia providentia Patris in Spiritu Jubilare possumus cum Davide dicentes: Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Ps. CII.X.1.

QVARTUM JUBILÆUM SEPTENARII PARADISIACI DE RESTAURATIONE GENERIS HUMANI EST JUBILÆUM PROPHETICÆ ET EVANGELICÆ ELOQUENTIAE.

QVARTUM JUBILÆUM Propheticæ, & Evangelicæ eloquentia in Voce salutis, & salutaris predicationis. Hoc Verbum in mente Patris residere dicitur, ex Patris corde progeditur, & in ore Patris deprehenditur. Hoc principaliter, & personaliter est ipsum verbum Patris, filius Patris, Orator Patris, gratiola mætræ, & Propheticæ ἐπαγγελία ratione veteris; & Evangelicæ ἰσογένεια, et plenaria παρενθετικæ ratione novi Testamenti. Dum in plenitudine temporis Deus Pater misit filium natum ex muliere, Gal. IV. v. 4. dum λόγος στόχος ἐγένετο: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, Joh. I. v. 14. & mysterium à seculis absconditum per suas conciones, & Apostolicas predicationes, Rom. VI, v. 25. clarissime manifestavit. Hæc vox sonuit, hoc verbum tonuit Protoplatis in Paradiſo, Deum nemo vidit unquam, Filius, qui est in sinu Patris nobis ἐγένετο, & sic Exegeta factus Opt. & Max. Qui voluntatem omnem Patris per scripturam omnem Veteris, & Novi Testamenti, ex arcans thesauris divine sapientie, tanquam Propterarum, & Apostolorum Princeps promulgavit, denunciavit, & annunciavit. A priori Patris sapientia, qua totam mentem, & cor Patris adimpler; à formalí personalis Patris eloquentia, dum est Paternæ mentis, atque voluntatis Interpres. Job. XXXIII. 10. Interpret̄s natus ἐξ οὐρανοῦ, eternus Patris Consiliarius, Esa. IX, v. 6. decretorum diuinorum, & omnium arcanorum salutis Referendarius, summus Patris ad homines legatus, qui sua sponte venit, & ex consilio Patris de celo descendit, ut omnem Paternam voluntatem de salute nostra patet faceret Ecce venio, dicit ipse, in volumine libri scriptum de me, ut facerem ipse, & predicarem aliis voluntatem tuam Domine, Deus meus, & legem tuam in corde meo scriptam, Psalm. XL, v. 8. 9. Cor fidelis animæ, sicut alias Messia vita, Christiani vita, Messia lux & scientia, dicitur hominum scientia, in ipso vita erat, & vita erat lux hominis, Joh. I, v. 4. Hæc lux est lux

pera,

vera, & luminat omnem hominem in mundum venientem, vers. 10.  
Christi potentia, Christianorum potentia, Philip. IV, 13. Nam Paulus  
Omnia potest in Christo, qui confortat eum in omnibus. Christi  
Evangelia, omnium fidelium Evangelia, sicut ipse met inquit: Sin me  
nihil potestis facere. Joh. XV, 5. Christi gloria, fidelium omnium  
gloria, 1. Corinth. II, 7. Gal. VI, 13. quae cum salutis mysteriis no-  
stris Protoplastis per Verbum Patris, tanquam Prophetam magnum,  
& Evangelistam summum, statim in Paradiso, ducit Sancti Spiritus,  
per divinas promissiones & revelationes innoverunt. Vox Messie  
justitie Verbum, Isa. XLV, 23. Gratia Verbum, Luc. IV, 14. Act. XIV.  
3. Salutis, & exultationis Verbum, teste Davide Psal. CXIIIX. v. 15.  
Vox salutis, & exultationis sonat in tabernaculis iustorum, Dextra  
Domini fecit virtutem, dextra Domini exaltata est, dextra Domini  
fecit virtutem. Protoplastorum iustorum in Semine Mulieris erat  
tabernaculum Paradisi, in quo Verbum salutis respectu serpens,  
& omnium hominum spiritualium sonabat, personabat, resonabat,  
& propter hanc salutem exoptatissimam, atque plenissimam ve-  
ram exultationem, meram jubilationem in cordibus penitentium  
excitabat, ut cum Davide Ps. XCIX, 2. dicere potuerint: Jubilate,  
& cantate, & exultate, Psallite Domino in cithara, in cithara & voce  
Psaltri, in tubis, & voce tubae. Jubilate in conspectu Regis Domini.  
Hec Vox Ioye, vel Oratoris Patris gloriose partis Jubila, jubila justi-  
tia, sicut Messias inquit, et ut antea notavimus, Ps. XLV, 23. In memet  
ipso iuravi, egredietur de meo ore justitiae verbum, & non revertetur:  
quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua. Ergo in  
Domino dicet, mea sunt justitiae, & imperium, ad eum veniet, & con-  
fundentur omnes, qui repugnant ei. In Domino justificabitur omne  
semen Israel: siquidem Iekova ipse justitia nostra, Jer. XXXVI, 6.  
Hec vox Messiae vox Jubilae benedictionis, qua benedicuntur Pro-  
toplatti non tantum, sed & in iis omnes posteri, benedictione non  
solum externa, vel corporali, quoad regnum mundanum, sed etiam  
quoad bona interna, & spiritualia, quia Deus Pater benedictus be-  
nedixit nos omni benedictione spirituali in Christo, Ephes. I, 6. ne-  
que deficit in illis benedictio celestis, sicut Paulus dicto loco addit:  
in caelestibus, i.e. Jubilae consolationis. Sicut in Noacho de Messia  
legitur Gen. V, 19. iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus  
manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Vox Jubilae  
salvationis, siquidem propterea semen mulieris Jesus est appell-  
latus, secundum memorabilem Angeli legationem Matth. I, v. 21.  
Vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum  
& peccatis suis. Ethoc verè Magnum dicitur gaudium in maximum,  
sicut Evangelista Natalitus Angelus pastoribus Betlehemiticis testa-  
tur Luc. II, v. 10. Nolite timere, Ecce annuncio vobis gaudium ma-  
gnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis Hodie SALVA-  
TOR,

*TOR, qvi Christus Dominus est in civitate David. Hoc gaudium, verè Jubilaum gaudium, quod non tantum hominum, sed etiam Angelorum est gaudium. Siquidem multitudo exercituum cœlestium præ gaudii magnitudine neutiquam in cœlis conuineri potuit, sed Jubileum catholicum in Bethlehemiticis campis instituere voluit, plenissimis Jubilis concinens: Gloria in excelsis DEO, & in terris Pax, & hominibus bona voluntas! Jubilus hic fuit gloria, suavisimis concentibus in Salvatoris nati gloriam decantatus: Jubilus pacis, & concordiae, qvia Princeps pacis apparuit, & Pax ipsa, qvæ cuncta sunt in cœlis, & in terris, nobis reconciliavit, Coloss. I. 14. Jubila Pacis, optima jubila, dum Pax optima rerum, quas homini novisse datum est, jubila divinae benevolentiae, dum hominibus in nato salvatore omnis euđorica revelata, & ipse Pater cœlestis cœclitus clamavit: Hic est Filius meus dilectus, o uōc o ñ̄x̄w̄t̄n̄t̄c̄, ēw̄ ñ̄uđor̄c̄, Matth. III. 17. Hic Dominus est gloria, Rex glorie, Pl. XXIV. 7. sgg. Dominus omnium Jubilarum, qui Deus benedictus in secula Amen, Rom. IX. 5.*

**QVINTUM SEPTENARII PARADISIACI DE RESTAURATIONE GENERIS HUMANI JUBILÆUM DIVINÆ VEL SPIRITUALIS LUCIS ET ILLVMINATIONIS EST.**

Protoplasti nostri post miserrimum lapsum ad obscura loca fubiebant, latebras tenebriscoſas in absconditis umbribus, tenebris obscuratum ſenſum habebant, Ephes. IV. 18. & in meris tenebris peccatorum & miferiarum ſedebant, Eſa. IX. 1. nihil quicquam ipſis profuſerit miſericordiſſima Dei Patris gratia, vel ipſius Filii Redemptoris oīm̄ḡia, niſi Spiritus ſapientie & intelligentie, Eſa. XI. 1. noctem caliginolam peccatorum removifſet, & tenebras tensiſimas diſpuſiſet, atqve lucidifimis adſpirationibus, & inspirationibus mentes & corda lumine ſpirituali colluſraſſet. Et hoc vere ſpiritualis illuminationis eſt initium, ac indicium, & omnis Jubilationis Evangelice vel exordium, vel artūfium, qvia ſine Spiritu Sancti lumine nihil eſt in hominē, nihil reſtaurationis, nihil reformationis, nihil veritatis, nihil perſpicuitatis. Errorum, & caliginoſarum cogitationum Mendacia mendaciſ Pater pariter per verbi divini corruptelas in mentibus, & cordibus lapsorum hominum diſseminaverat, corpus & animam ſuis fraudibus, & dolis repleverat, hominem totum in tenebras et noctes congecerat Spiritus malignus. Sed Spiritus S., Spiritus lucis & illuminationis novū lucis Jubileum inchoavit, tenefiſimas aberrationum tenebras exterminavit, et tanquam Spiritus Diei ſplendidiſſimam fidei lucem, atqve Diem Protoplastis turbatis communicavit. Siqvidem Pater lumen Joh. I. 17. dedit excoecatis Protoplatis illuminatos oculos, & tanḡam Pater glorie dedit ſpiritu ſapientie & revelationis in agnitionem ejus, Eph. I. 17. & 18. Imo Spiritum ſapientia & intelligentie, consilii & fortitudinis, ſcientie & tri-

**E**t timoris Domini. Isa. XI. 2. qui tanquam ☼ ☼ ☼ Spiritus diei  
splendidissimam diem Protoplasis nostris in borto Paradisi para-  
vit, ut è tenebris arborum redire, in conspectum solis venire, in  
luce creaturarum permanere, & ad usum exterrum bonorum re-  
gni potentia postliminio reverti potuerint. *Spiritus lucis est Elohim*  
*videns*, Gen. I. 4. & tanquam *Spiritus Sanctus*, tercia persona Tri-  
nitatis, aut *Tertius Creationis Elohim*, videt præ cunctis aliis *lucem*.  
Qya ratione hic in restauracione hominis lemeipsum etiam *Spiri-  
tum dei*, titulus satis emphatico, satis etiam *augusto*, nuncupare vo-  
luit, ut nimurum *diem naturalem* in *regno potentie*, *diem spiritua-  
lem* in *regno gratie*, *diem caelestem* in *regno gloriae*, peccatoribus  
excoecatis à serpenti *tenebris* gratiose restitueret. Lux & dies glo-  
riae Majestatisque symbolum, & veritatis atque perspicuitatis te-  
stimonium, omnisque per *Dei spiritum*, *illuminationis* principium  
ac medium. Hunc *spiritui diei* grata mente debemus, quod per *Ver-  
bum* & *Baptismum*, qui *Ωντομός*, & *illuminaſio* Veteribus dicitur,  
*spiritualiter* regeneramur, ex hujus gratia renovamur, & *sanctifi-  
camur*, ac è peccatorum foribus, atque tenebris obcurisimis li-  
beramur, et in *luce*, tanquam *filiis lucis*, ambulamus. Hæc Sancti  
Spiritus in nobis *gloria*, Hæc in *Spiritu nostra* pariter gloriatio, ex-  
altatio, & jubilatio. Ex hec *spiritu diei*, vel *lucis*, accepimus  
*verbi lucem*, *fidei lucem*, & *omnia spiritualia lumina*, imo fideles  
ipsi per eum sunt *Ωντες*, & *luminaria in mundo*, Philipp. II. v. 15.  
sic in Ecclesia militante, dum per *Spiritum diei* lucent in Ecclesia,  
*lucent* in mundo, & quodidie *Jubila cordis*, & *oris*, canticas eucha-  
risticas in Dei gloriā celebrant, atque sanctificant ipsa fideliūm o-  
pera sunt *spiritualia lumina*, *glorificantia Jubilæa*, sicut Christus in-  
nuit: *Vos estis lux mundi*, Matth. V. 14. Luceat lux vera fidei coram  
hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificetur Pater Ve-  
ter, qui in celis est, per talia glorioſa, vel glorificantia Jubilæa...  
Matth. V. 16.

**SEXTUM JUBILÆUM SEPTENARIÆ PARADISIACI DE RE-  
STITUTIONE HUMANI GENERIS EST DIVINÆ MI-  
LITIAE ET VICTORIAE JUBILÆUM.**

Penultimum hoc est in *Sacro Septenario*, in quo per *Iehovam*,  
*Elohim* Deum trium Patrem, Filium, & *Spiritum Sanctum*, Eccle-  
sia militans his in terris statim in *Paradiso* fundatur, et totus fidelium  
coetus ad perpetuam militiam destinatus. *Vita siquacum ho-  
minia perpetua militia*, Job. VII. 1. Peccatores quidem homines suam  
gerunt et ferunt militiam, sed in peccatis pernicioſam, et sub Para-  
disiaco serpente proſus *damnabilem*. & *exitiosam*, quæ juxta tex-  
tum *Paradisacum* variis modis explicari, vel considerari possit;  
Nos autem hanc *exitialē militiam* propter brevitatem *Program-  
matis missam* facinus, et ad solam fideliūm militum certamina me-  
ditata-

ditationes Jubileas dirigimus. Militarunt enim Protoplasti tyrones sub Duce summo Messia, nomine mulieris, qui dicitur Princeps militie Iehovae, Ios. V. 14. *non vir bellator, der rechte Kriegs-*  
*Mann/* qui piorum Περιστοχος, et *antesignanus*, et Σύμπαχος,  
*fortissimus commilito*, qui potest omnes hostes superare, et tantum  
non ad victoriam semper pugnare. Et hoc est bellum illud *sacrum*, ab ipso Iehova Elobim felicibus auguris constitutum, ac in-  
ter serpentem, atque semen mulieris ac utriusque semen institutum,  
vers. 19. *Inimicitias ponam inter semen tuum, videlicet serpentis,*  
*quod certe durissimum bellum, veris Emeris inimicitis repletum,*  
*ad funestum atque mortiferum exitum et eventum, dum mulieris*  
*semen invictum, serpentis caput totaliter concubabit.* Et Hoc morsum  
*serpentis, h.e. venenatum, & letibiferum in calcaneo nostri loco*  
*sustinere necessum habebit. Magnam vero militie varietatem*  
nobis *Spiritus Sanctus* in Verbis Paradisiaca revelationis luculen-  
ter ostendit, ex quibus saltem aliquas ex historia Protoplastorum  
notabimus, et allegabimus, nullas autem pro dignitate *Verborum*,  
et *rerum* plenius explicabimus, cum instituti noitri ratio neutiquam  
id permitteat. Bellum hoc *sacrum* continet pugnas (a) cum Domino,  
contra *DEI legem*, et *acerrimam* ejus *accusationem* et *conde-*  
*mnationem*, ejus *severissimam* *justitiam*, hinc Protoplasti primum  
statim ad *judiciale* tribunal ab ipso Deo citantur, et *sigillatim* *ju-*  
*dicialiter* examinantur. (b) *Contra serpentem, & contra omnes*  
*infernales phalanges, qui jurati sunt cuncti Diaboli cum Dracone*  
*militant, (c) contra Michaelem, et angelos ejus, atque totum fidelium*  
*cæcum, Apoc. XII. 16. (d) Adversus omnis generis arumnas et do-  
lores, labores et sudores, et omnis generis *adversitates*, quia multæ*  
*sunt tribulationes justorum, Psalm. XXXIV. 20. Quæ durant per*  
omnem piorum vitam, juxta Vulgatum illud:

*Nunquam bellis piis, nunquam certamina defunt,*

*Et, cum quo certet, mens pia semper habet.*

Siquidem per multas tribulationes oportet ingredi regnum celorum,  
Act. XIV. 21. (e) *contra mortem ipsam, quia tamdiu laborandum in*  
*molestis, sudandum in angustiis, donec in puluerem revertatur ho-  
mos, ex quod sumptus est, vers. 19. Mortis certamen horribilissimum,*  
*certamen, quia mors omnium formidabilium formidabilis futura, sed*  
*in omni hac militia præfunitissimum habemus Ducem, et imperato-  
rem prudentissimum, omnis belli *Ductorem* et *Dirigorem* velocissi-  
mum, et felicissimum omnis *militie Consulthatorem*, FRIDERICVM*

**AVGVSTVM**, qui *pacem* ab omnibus hostibus recuperat, velut  
celestis FRIDERICVS, ac omne *DEI regnum* innumeris augmentis  
victoriose glorioseque ditat, velut *divinus* et *mysticus* AVGV-  
STVS. Sic omne *bellum sacrum* definit in mera *lubila*, in *gloriose*  
*Jubilea!*

SE-

SEPTIMVM JVBILÆVM EST GRATIOSISSIMVM COELESTIS VITÆ ET IMMORTALITATIS JVBILÆVM.

Hoc est ultimum, hoc optimum, hoc maximum, hoc eternum, et nunquam desitum Jubileum, quia triumphans Ecclesia Jubileum, ubi Deus ipse beatus in omnibus omnia futurus, et sic ipse i. Cor. V. 28 Dominus triumphantium erit jubileum, Apoc. XII. 10. Iohannes celestus exercituum jubilantes triumphos, et triumphantes jubilos audivit, nobisque commendavit: Et audiri vocem magnam in celo, dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum DEI nostri, & potestas Christi ejus; quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum DEI die & nocte: Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonii sui, & dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea latamini celum, & qui habitant in eis. In his verbis plura latent letantum, et triumphantum, magnalia, Maxima Jubila, sed vix aliquis exaltationis, & jubilationis ecclesiis praeponitus hic invenitur plenissimus gustus, non in visione confertur, nec in verbis nudis exhibetur. Sed in futura jubilorum reali communicatione, et possessione deprehendetur. Pater noster primus ex mater viventium, hoc etiam gloriosissimum in cordibus suis ex revelatione, & appropriatione, per Sancti Spiritus operationem, in veritate fidei senserunt, spiritus dei non tantum diem regni potentia naturalem, neque tantum dictu regni gratia spiritualem, sed etiam diem regni gloria coelestem, in ipsis accendebat. Hinc ex duca Spiritus vitam post mortem, et sic vitam immortalem in corde per vita verbum posidebant: vitam post mortis periculum, vitam post mortis metum, vitam post mortis transitum, vitam post mortis terminum. Vitam ultra mortem, vitam citra mortem, vitam extra mortem, vitam sine morte, semper duraturam, ac in Messia mortis videre, et Diaboli, qui mortis habebat imperium, destructore, Hebr. II. 14. Semine mulieris, qui nobis est via, veritas, & vita, Joh. XIV. 6. Et nostra vere dicitur eterna vita, i. Joh. I. 2. et cap. V. 20. Hoc eterna vita Jubileum, hoc eterna gloria Jubileum, Protoplastis est intimatum, commendatum, & communicatum, et ex barbitario jure pariter ad nos, et omnes credentes propagatum. Sic enim dilexi mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed vitam aeternam habeat, Joh. III. 16. Sed nec oculus vidit, nec aaris audivit, nec incor hominis descendit, que Deus de hoc aeterna vita gloriaque Jubilei preparavit diligentibus se, i. Corinth. II. 9. Hic deideracissimus omnium Jubilorum, & Jubilantium scopus! Hic exopatiissimus cunctorum Jubileorum fructus! Hic indesinensissimus est omnium in regno glorie Jubilantium proventus! Sed malumus dehis tacere, quam incongrua minusque convenientia meditatio-

num

num imbecillitate verborum incommoditate proferre. Hæc admirabilia sunt ipso regno gloria reservanda. Hic ex parte cognoscimus, ex parte verba de tanis mysteriis facimus, adeoque lobanias Evangeliste monitum et consilium hic nostrum facimus: Vide te qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, & sumus. Propter hoc enundus non novit nos: quia non novit eum: Charissimi nunc filii Dei sumus: sed nondum apparuit, quid erimus, sumus autem, quoniam, quum apparuerit, similes erimus: Quoniam vidimus eum, sicuti est. Nos quoque cum dilectissimo Iesu discipulo, Johanne, colophonis loco, nunc de Paradisiacis Jubileis breviter addimus. Vide te, qualem charitatem nostris Protoplæstria principio restaurationis Iebova Elobim, et nobis pariter in iis exhibuerit. Qualia mysteria et quanta magnalia, quæ multa jubila nostra restaurationis salutaris in primis, sed prægnantisimis verbis proposuerit, & exposuerit. Hic eloquentissimus Orator multa, vel etiam plurima, paucis non tantum intimavit, sed etiam explicavit, et universum Scripturae codicem cum omnibus revelatis divina sapientia decretis, &c. ἐν τῷώ, vel &c. συνθέτει Protoplæstis manifestavit, et nobis hæc divinorum arcanorum compendia, peculiariter ad usum animarum clementissime commendavit, ut vere valeat hic consilium et mandatum Salvatoris: Scrutamini Scripturas, quia putatis in eis vitam aeternam habere, & be sunt, quæ de me testantur, Joh. V, 39. talia quoque testimonia Messiae sunt haec enumerata Paradiſi Jubilea, nostrorum Protoplæstorum prima cunctorumque fidelium Veteris et Novi Testamenti gaudia. Non enim aliud sub caelo datum est nomen, præter Iesu nomen. In hoc militamus, in hoc triumphamus, in hoc jubilamus, in hoc Deum unice semperque celebramus. Hæc Jubilea Paradisiaca sunt Dei Patriæ propter misericordiam suam imminentiam appropinquans in porto Paradisi, vel Ecclesiæ militavit instar Patriæ familiæ deambulantis, & principia media que salutis miseris mortalibus ex arcana decretorum aeternorum manifestantur. Hæc sunt Jubilea fidei prophetariorum, & Evangelizantium, dum in istar Vocis, consilia de nostra salute simul ex internis mentis Paternæ consilia per externa verba proponit, per Dici spiritum expoluit, & genuinum sensum de nunquam auditis mysteriis, per illuminationem Spiritus, mediante fide contulit. Vox hæc personalis, vox hæc prophetica, immo prophetica non tantum, sed & Evangelica, cum ipse Iesus Patriæ sit Prophetæ principalis, Deut. XXXIX. 18. Propheta Prophetarum, Evangelista Evangelistarum, qui primus, & summus Jubileorum conditor, sicut ipse testatur: Spiritus Domini super me: & quod unxerit me, ad annunciatandam mansuetū misit me, ut mederer contritis corde, & predicarem capitis INDULGENTIAM, & clavis apertione. Ut predicarem ANNUM PLACABILEM (JUBILEUM) Domino, & diem ultionis DEO nostro &c. Fsa. LXI. 12. Hoc fundatissimum Jubileorum oraculum, non in Veteri modo Testamento prænuntiatum, sed in Novo quoque per ipsum Christum Jubileorum auctorem iteratum cum admiratione cunctis auditoribus in Schola Nazarebasa publicatum, & stupendis gratia verbis declaratum, & explicatum, nec ad alium, quam ad ipsum Christum applicatum, Luc. IV. 21. Hoc Jubileum denique spiritus Sancti Jubilei, quæ tanquam omnia

omnia Paradisi Jubilea planissime spirevit, plenissime cordibus Protoplastorum aspiravit, firmissime ipsorum mentibus inspiravit, & cœu preses doctrine Jubilæorum non in Paradiso tantum, sed omnibus temporibus, atque seculis præfuit, & adhuc hodie nostris Jubilæis præesse constituit. Ac in ipsis auctoritatibus gloriam, ac bonorum SEPTENARIUM JUBLÆORUM numerum potissimum elegimus, atque secundum gratia mensuram, datam ex clementissima Spiritus donatione atque dispensatione, simplissimum filo atque stylo, secundum occasionem Academicæ Jubilei proposuimus, cum numerus septenarius sit Scriptura, sit Ecclesia, & omnibus fidelium animabus sacer, & Spiritui Sancto proprius, sicut Ecclesia canit: Tu septiformis munere, dextre DEI tu digitus, &c. imo Spiritus S. ipse per numerum septenarium indicatur, & Patri Filioque connumeratur, sicut Johannes septem Ecclesiis à septem spiritibus gratiam & pacem spiritualem precutat, Apoc. I. 4. gratia vobis, & pax ab eo, qui est, qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Hinc etiam alias septem Spiritus Sancti dona numerantur, ex eminentissimis attributis Ejus, Isa. XI. 1. quia dicitur (A) Spiritus Iehovae, (B) Spiritus Sapientie, (C) Spiritus intelligentie, (D) Spiritus consilii, (E) Spiritus fortitudinis, (F) Spiritus Scientie, (G) Spiritus timoris Domini. Et certe Spiritus S. donis suis ipsius Messiae numeri vel officio præsideret, qui sine mensura Spiritum accepit, Job. III. 34. & cunctis etiam Propheticis & Apostolicis functionibus, & operationibus, tanquam Dominus ministerii præesse creditur i. Corint. XII. 3. & seqq. 2. Corint. III. 8. Hanc ob eaufam autem huc usque Jubilea Paradisa à Protoplastorum ex primis revelationibus, ut sanctissima nostro seculari Jubilea, quod Academia nostra per Divinam Gratiam, Regiam Indulgentiam, ac Eleitoralem Munificentiam, in Præpotentis Numinis Gloriam, & Præsentium Temporum Memoriam, qvoad fieri potest, præparamus. Imprimis, quia per Omnipotens Clementiam hisce duris temporibus DOCTORALEM IN FACULTATE NOSTRA THEOLOGICA SOLENNITATEM, ac ingens Ecclesiarum & Scholarum Incrementum, Publicis Ceremoniis adornare possumus.

**IO!      IO!      IO!**

Septenarius Jubilæorum fit per Dei gratiam numerus Doctorandorum.

**IO!      IO!      IO!**

FRIDERICUS AUGUSTUS PARADISIACUS dedit septenarium Jubilæorum.

FRIDERICUS AUGUSTUS SAXONICUS dat Academiæ septenarium Doctorandorum.

**IO!      IO!      IO!**

E

Quod

Quod rigitur in DOMINO Deo nostro felix atque saustum in Nominē  
Sacrae Trinitatis, Dei Patris, Dei Filii, & Dei Spiritus Sancti ex misericordissima Patris Gratia Divinissima, Filii Sapientia, & Sacratissima  
Spiritus efficacia, Festivitatem Secularem Academicam hujus Universitatis Wittenbergensis, eamque Secundam, hoc ipso Programmate,  
Theologicæ Nostræ Facultatis, Festivitate conservata, & in ea Doctoralem  
Aulam ex Clementissima Dei Providentia publicis his literis intimamus,  
aderit cum Deo Dies Jovis, XIX. Octobris, Ferdinando dica-  
tus, qui proximus est à Sancti LUCAE Feste Natali, Nostræ Uni-  
versitatis Anniversario, in quo sub Auspicatisimis Sideribus AU-  
GUSTISSIMI POTENTISSIMIQUE DOMINI, DOMINI

**FRIDERICI AUGUSTI,** Regis Po-  
loniarum, & Magni Ducis Lithuaniae, Russiae,  
Prussiae, Masoviæ, Samogitia, Kyoviæ, Volhy-  
niae, Podoliae, Podlachia, Livoniae, Schmolens-  
ciae, Sembriae, Czernichoviaeque: Ducis Saxo-  
niae, Juliaci, Cliviæ, Montium, Angriæ & West-  
phaliæ, S.R. Imperii Archimareschalli, & Prin-  
cipis Electoris, Landgravii Thuringiae, Marchionis Misniae, & utriusque Lusatiae, Burggravii  
Magdeburgensis, Comitis Principali dignitate  
Hennebergici, Comitis Marchæ, Ravensbergæ  
& Barby, Domini Ravensteinii, &c. &c. &c.  
Domini nostri Benignissimi, Patris Patriæ In-  
dulgentissimi, Herois ac Principis Optimi Ma-  
ximi. &c.

RECTORE Universitatis MAGNIFICEN-  
TISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE, ac DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AUGUSTO,** Principe  
Regio, & Electoratus Saxonici Hærede, Duce  
Saxoniae, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ &  
Westphaliæ, &c. &c. &c. Domino nostro Cle-  
mentissimo.

PRO-

PRO-RECTORE MAGNIFICO,

Viro Summe Reverendo, & Excellentissimo Domino D.  
JO. GEORG. NEUMANNO, Theologo Famigeratissi-  
mo, Professore Publico Celeberrimo, Alumnorum Electo-  
ralium Ephoro Gravissimo, totius Academiæ Bibliothecario  
Meritissimo, Domino Patrono, Collega, Compatre, & in  
Christo Fratre Honoratissimo. PRO-CANCELLARIUS ad hanc  
Doctoralem Festivitatem, per semestre futurum eligendus  
Decanus maxime spectabilis, Vir Summe Reverendus, ac  
Magnificus, DN.D.CASPARUS LOESCHERUS, Theo-  
logus meritissimus, Pastor Ecclesiæ Wittebergenfis, & to-  
tius Electoralis Circuli Superintendens Generalis, Confis-  
torii Ecclesiastici Senior & Assessor Venerandus, Dominus  
Patronus, Collega, Compatre, & in Christo Frater Hono-  
ratissimus, Potestatem Renunciandi publice ex Imperato-  
ria Regia & Electorali Auctoritate pro more concedet Vi-  
ro Summe Reverendo, Magnifico, Amplissimo, & Excellen-  
tissimo Domino D.PHILIPPO LUDOVICO HANNE-  
KENIO, SacroSanctæ Theologiæ Professori in hac Aca-  
demia optime merito, Confistorii Ecclesiastici Assessori  
Laudatissimo, Domino Patrono, Collegæ, & in Christo Fra-  
tri æstimatisimo

VIRIS

MAXIME REVERENDIS, AMPLISSIMIS, ET EXCELLENTISSIMIS, IN ECCLÆ-  
SIIS, SCHOLIS, ET ALIIS AD REM PUBLICAM SPECTANTIBUS  
DUDUM OPTIME MERITIS,

DN. GOTTLIEB ECKSTEINIO, S.S. Theologiæ Licentiatu dudum  
meritissimo, in Gymnasio Svecico, quod Sterni Pomeranorum  
floret, Professori Orientalium Linguarum Ordinario, & S.S. Theo-  
logiæ Extra-Ordinario pridem Merito, & ad Templum D. Mariae  
dicatum Archidiacono vigilantissimo.

DN. HEINRICO TIEZMANNO, S.S. Theologiæ Licentiatu dignissi-  
mo, Ecclesiæ ad D. Gumperti ædem apud Onolsbacenses in Fran-  
conia Pastori ac Antistiti Venerabili, atque Confistorii totius Mar-  
chionatus Assessori spectatissimo.

DN. SIGISMUNDO RICHTERO, S.S. Theologiæ Licentiatu, Ec-  
clesiæ Ratebergensis in Misnia Pastori Fidelissimo, & Ephoriam Dres-  
densis Adjuncto.

DN. IOHANNI ANDREÆ SCHROENIO, S.S. Theologiæ Licen-  
tiato, Ecclesiæ Heldrungenfis Pastori, & Vicinarum Inspectoru vigilan-  
tissimo.

DN.

DN. ANDREÆ KUNADO, S. S. Theologiæ Licentiatu, & Ecclesiæ Servstanæ ad S.S. Trinitatis ædem Pastori, & in Gymnasio Anhaltino S. S. Theologiæ ut & primæ Philosophiæ Professori celebrissimo.

DN. FLORIANO KLEPPERBEIN, S.S. Theologiæ Licentiatu optime merito, Ecclesiæ Civitatis Jeveranæ Pastori vigilantissimo, totius Provinciæ Superintendenti spectatissimo, Consistorii Ducalis Affessori splendidissimo.

DN. CHRISTOPHORO BARFKNECHT, SS. Theologiæ Licentiatu, Regiæ Majest. in Porussia Ecclesiastæ Aulico, Pastori Ecclesiæ Belgardienfis, ejusdemque & vicinarum in Diæcesi Präposito longe meritissimo, nec non Scholæ Inspectorî Gravissimo.

DOMINIS, Fautoribus, & in Christo Fratribus dilectissimis, honoratissimis,

(quos pro more veterum nostrorumque statutorum tenore eo ordine, quo Licentia gradum in collegio nostro confecuti sunt, sine dignitatibus & honoris, officii, & collegiorum præjudicio collocavimus) *Supremis* in Sacro Sancta Theologia Honores cum omnibus Insignibus, & Privilegiis publice conferendi Potestatem Amplissimam ex Superiorum voluntate juxta consuetudinem Academicam benevole concedet. Ad hanc aulam, & Panegyris Doctoralem, ex instituto veterum, ILLUSTRISSIMOS DOMINOS LEGATOS, MAGNIFICUM DOMINUM PRO-RECTOREM, DOMINOS LIBEROS BARONES, PATRES AC CIVES TOTIUS UNIVERSITATIS AC OMNIUM DIGNITATUM HOSPITES, ea qua pars est, reverentia, cultu, obsequio, & humanitate hoc præsens Programma solenniter, & reverenter invitat, ut in hoc Augusto templo Sanctorum omnium in honorem FRIDERICI AUGUSTI, PARADISIACI MESSIAE ET SAVATORIS NOSTRI, imo totius S.S. Trinitatis venerande in conspectu DEI, sanctorum Angelorum, & totius Ecclesie, religiose convenire, pro REGIS AUGUSTISSIMI POTENTISSIMIQUE, RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI, constanti angusto store, & constantissima incolumitate, pro Ecclesie, & Politia conservatione, pro pace & tranquillitate publica, & hujus, ut & aliarum Academiarum, sacrarum literarum, omnium liberalium artium conservatione, & quibusvis aliis singularibus DEI beneficiis, imprimis autem copiosissima præsentis Jubilee Academicæ benedictione ex Jubilee Paradisiacus devotissimas, & efficacissimas preces con jungere velint. DEO nostro sit laus, honor & gloria, benedictio, & gratiarum actio in secula seculorum! Amen!

IO! IO! IO!

Septenarius Jubilæorum fit per DEI gratiam numerus Doctorandorum.

IO! IO! IO!

FRIDERICUS AUGUSTUS PARADISIACUS dedit Septenarium  
Jubilæorum.

FRIDERICUS AUGUSTUS SAXONICUS dat Academiæ septenarium  
Doctorandorum.

IO! IO! IO!

GLORIA IN EXCELSIS DEO, PAX IN TERRIS, ET HOMINIBUS  
BENEPLACITUM!

P.P. Dominica XIIIX. post TRINIT. Anno M DCC II.

---

WITTEBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

Pon Ye 3659  
2°



56

vDn8

vDn7 9m.c.



IN NOMINE PRIMI FRIDERICI AUGUSTI VERE PARADISIACI,  
**SEMINIS MULIERIS,**  
 TOTIUS GENERIS HUMANI MEDIATORIS, ATQVE REDEMTO-  
 RIS, POST LAPSUM PROTOPLASTORUM, SEU SUMMI JUBILÆO-  
 RUM CHRISTIANORUM AUTORIS ET AUCTORIS, CON-  
 SERVATORIS ET GUBERNATORIS,  
 SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AUGUSTO,**  
 Principe Regio, & Electoratus Saxonici hærede,  
 Duce Saxonie, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ  
 & Westphaliae, &c. &c. &c.

Academiæ Wittebergensis RECTORE MAGNIFICEN-  
 TISSIMO,

ECTORATU MAGNIFICO  
**IS CHRISTOPHORI WICH-**  
**ANSHAUSEN,**

& reliq. Orient. P.P. Ordinarii,

Jubilæo Secundo totius Universi-  
 tatis Christianarum Ecclesiarum & Academ-  
 ianibus & singulis bonis atque thesauris, per  
 tibi promissionis efficaciam, ex abundantis-  
 titibus & fluminibus profert, obfert,  
 adfert, & confert

cæ Facultatis DECANUS,

**S. Deutschmann / D. & Prof.**

Facult. & totius Academ. Senior,

Præpositus, & Alumn. Elect. Ephorus,

XIX. Octobr. Anni dñi I CCII.

per Dei gratiam

in Theologia Festivitatem  
 plo celebrandam solenniter intimat,

&

hos D NN. LEGATOS,

am Peregrinos, qvam Academicos Hospites

, ea, qva decet, humilitate, & humanitate  
 præsentibus invitat.

eto hoc publico Programmate præsenti die Solis,  
 ejus mensis est, officiō significat.

, NOVI, VOLO, POSSUM, NIL HABEO QVE;

U, JESU, SOLUS UT ESSE QVEAS!

RIDRICH, SOLUS UT ESSE VELIS!

IT AUGUSTUS SEMPER ET ESSE VELIS !

